Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift

gentilitatis impias instituere culturas. Et nunc nostri torquentur in
uidia atq; uniuersa mala commouere non cessant. ne pristinis eorum
sedibus succedamus. Diuersa autem eorum a parua nequicia est. Qui
dam enim ad summum nocendi uerticem peruenere. alii ex comparatione
peiorum uidentur esse tenores. atq; omnes p possibilitate uirium diui
si. contra singulas causas sumpsere certamina. Ideirco donum necessa
rium est spirituum discernendorum a domino petere. ut possimus ta
fraudes eorum quam studia preuidentes. aduersus dispare pug
nam unum dominice crucis eleuare uexillum. Hoc munere paulus
accepto. docebat dicens. Non enim eius ignoramus astucias. Ad cuius
exemplum etiam nos oportet ex his que passi sumus. mutuis nos inuicem
instituere sermonibus. Hostile illis contra omnes xpianos. maxime u
contra monachos et uirgines xpi odium est. Coram sentis laqueos pre
tendunt. eorum mentes impius atq; obscenis cogitationibus nituntur
euertere. sed nihil uobis in hoc terroris incutiant. Fidelibus enim
oratione atq; ieunii ad dominum confugientibus statim corruunt.
nec tamen si paululum cessauerint plenam puteris esse victoriam. Soles
etiam saeuo grauius assurgere. et mutata arte pugnandi. cum in co
gitatione nihil egerint pauoribus terrent. assumentes nunc mu
lierum. nunc bestiarum et serpentium formas. nec non ingentia
quedam corpora. et usq; ad tectum porrectum caput. infinitas
species et multitudinem cateruas. Que omnia ad primum quidem
crucis signum euanescunt. His quoq; agnitis fallacia rum mo
dis incipiunt presagare. et futurorum dierum euentus uelle
predicere. Cunq; et in his contempti fuerint. ipsum sue

iam nequicie principem ac totius mali summitatem

ad subsidium sui certamen his uocauit.